HIERONYMUS. PS. IOHANNES CHRYSOSTOMUS. BEDA VENERABILIS

Göttweig, 2. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ctoc. secta ex his verbis habeat occasionem: cum utique
eo tempore quo iohannes decollatus est dominus xxx esset annorum
(metempsicosis) ΜΕΤΕΜΨΥΧWCIC. Sic autem post multos annorum
circulos in diversa corpora dicat animas insi
nuari. Herodes autem tenuit iohannem. et alliga
vit eum. et posuit in carcerem propter herodiadem uxo
rem philippi fratris sui. Dicebat enim illi iohannes. Non
licet tibi habere eam. Vetus narrat historia phy
lippum herodis maioris filium. sub quo dominus fugit in
egiptum fratrem huius herodis. sub quo passus est christus. Dux
isse uxorem herodiadem filiam regis petefre. Postea
vero socerum eius exortis quibusdam contra generum simulta
tibus. tulisse filiam suam. et in dolorem prioris mariti
herodis inimici eius nuptiis copulasse. Quis sit autem
iste philippus evangelista lucas plenius docet.
Anno quinto decimo imperii tiberii cesaris
procurante pontio pilato iudeam. tetrarcha autem
galilee herode. philippo autem fratre eius thetrar
cha iturie et traconitidis regionis. Ergo iohannes
baptista qui venerat in spiritu et virtute helie
tandem auctoritate qua ille achab corripuerat
et iezabel. arguit herodem et herodiadem quod illici
tas nuptias fecerunt. et non liceat fratre vivente ger
mano uxorem illius ducere. mallens periclitari
apud regem. quam propter adulationem esse inmemor
... preceptorum dei. Et volens illum occidere timuit
populum. quia sicut prophetam illum habebant. Sedici
onem quidem populi verebatur propter iohannem. a quo